quoniam, vel, enim, namque, &c. Quasi ratio reddatur, quare enumerata prius bona contingant Deum timenti, quia nimirum Deus ipse illorum collator est, cujus benedicere est benefacere. Est præterea eadem particula asseverativa, quasi dicas, *ecce, certe, utiqueprofecto*. Vel *ecce quod* nempe res ita habet. Dixi quoq; particula, *ecce*, importari admirationem, cui adde alios affectus, vel gratulationis, vel ipsi certæ desiderii ive, cui celeri effectus respondeat.

Sic benedicetur homo qui timet Dominum.) Additur in Roman. Psalterio, ab Hilario, Arnobio, Cassiodoro; *omnis. Vir*i nomen ponit Hieronymus, quia est גבר *gibver*. Nihilominus uterq; sexus intelligitur, quem & ἄνθρωπος significat. Particula, *sic*, aut ad prædicta refertur, aut innuit sequentem benedictionis formulam; aut ecplitice indicat benedictionis magnitudinem tantam, ut exprimi satis nequeat. Arnobius exponit, qui sic egerit, ut Dominum timeat, sic benedicetur. Ineptissimè invehuntur hic Heretici in religiosam votivamque castitatem, qua sibi quis interdicit usu matrimonii; quoniam status matrimonii legitimè deputatur fœlicitati Deum timentis, atq; illius commendatur benedictione. Sufficiat Christi vox, dicentis quum de Eunuchis se ipsos castrantibus propter regnum cœlorum loquitur *a*; *qui potest capere capiat*; & Pauli, optantis *omnes sicut ipse sum continentes* b, & affirmantis *meliores esse virginem permanere* c. Damnant è contrario vetustiores Hæretici alii immerito matrimonium & nuptias, quas Christus ipse approbavit, & Apostoli, Patres, Ecclesia universa. Quod modo non est uberius demonstrandum.

Heretici in votivam castitatem inconsiderate rejecti.

a cap.19.12
b 1.Cor.7.7
c ibid.v.38.

Benedicat tibi Dominus ex Sion.) Nihil refert quod in Romano Psalterio & ab Hilario, Augustino, Prospero, Arnobio, putato Hieronymus, Cassiodoro, legatur, *benedicat te*. Hebræum futurum cum affixo יברכך *jevarechecha* sumi potest vel pro imperativo, vel pro optativo, & si retineatur notio propria, prædictionem continebit. Græcum εὐλογησαι est modi optativi. Præscribitur hic benedicendi modus cujus alteri; vel David suum facit, vel, ut Arnobio placet, Spiritus sancti est. Juxta primum sensum, est in sequenti psalmo *d* benedictio præterea tantum super alios. Nec dissimilis Gabeli benedictio super Tobiam Juniorem; *super uxorem illius, super parentes, & ut videret filios, & filios filiorum, usque in tertiam, & quartam generationem, & semen eorum esset benedictum à Deo Israel, qui regnat in secula seculorum* e. Deus autem præscripsit Aaroni, filiisque ipsius benedicere filiis Israel; *Benedicat tibi Dominus, & custodiat: ostendat Dominus faciem suam tibi, & misereatur tui. Convertat Dominus vultum suum ad te, & det tibi pacem* f. Eamdem benedictionem Aaron sibi deposcit Auctor Ecclesiastici nominatim g. In Deuteronomio *h*, hinc sex tribus, stare jussæ sunt ad maledicendum, hinc totidem ad benedicendum in montibus diversis, positis in medio Sacerdotibus cum arca, ut Hebræi dicunt; observantes prætetea, quod filiis liberarum benedicendi munus impositum est, maledicendi, filiis ancillarum, ac inter hos Ruben collocatum, quia propter peccatum à sua dignitate dejectus fuerat: Zabulon inter maledicentes etiã erat filius Liæ liberæ, sicut Ruben. Quid. quid sit, credibilius est, assignatis in Garizim ad benedicendum sex tribubus, in Hebal sex ad maledicendum, nonnullos ex Levitis, quorum erat res divinas tractare, ad illos montes ascendisse, ac vitandæ confusionis causa, præscriptas tũm benedictiones, tũm maledictiones pronunciavisse, ceteris respondentibus; *Amen*. Docet id Abulensis *i*, & Cajetanus *k*, volens quoq; unicum Levitam benedictiones; & alium unicum protulisse maledictiones. Jamnon ex Gazirim benedictiones expectandæ, vel maledictiones ex Hebal metuendæ. Ex sola Sion, quę est Ecclesia, benedictiones spirituales proveniunt; extra illam non nisi maledictiones; nisi quis animo, & voluntate ad eam aspiret, quod ipsum, nisi benedictione præveniatur vocantis Dei, non potest. Sed & intra Ecclesiã ipsam constitutus nemo debet quærere illas benedictiones, ait August. quæ non sunt *ex Sion*, idest, ex Domino; & ipsius beneplacito, verbi gratia, uxorem, sanitatem, divitias.

d ep.9.8

e Tobi.9.9 10.11.

f Num.6.23 24.25.26
g Eccl.36.19 & 47.27. & 48

i in Deut.27 9.3
k ibid.

Et videas bona Jerusalem.) Hebraicè, *in bono* בטוב *bonũ*, quemadmodum in alio psalmo *l*, *ad videndum in bonitate*, ubi phrasin declaravimus, Chrysostomus recitat aliam translationem κ) ὄψει ἀγαθὰς ἐυφροσύνη, *& vide in bonis Jerusalem*. Rectè Augustinus, mistico sensu, & Prosper, aliique, qui etiam legunt, *& videas quæ bona sunt Jerusalem (bona Jerusalem)* sola mereri hoc nomen observant. Illa bona sunt, inquit Augustinus, quæ æterna

Ipsi tres.8

A sunt, & sunt, quia ibi est Rex, qui de seipso dixit *m*, *ego sum, qui sum*; Ista, quæ attendis bona, cæcus vides. Videas, sed illa bona, quæ corde videntur. Ista sunt, & non sunt, quia non stant, labuntur, fluunt. Plus est pauperi videre cœlum stellatum, quam diviti tectum inauratum.) Idem Pater docet verbo uno *pacis* cuncta *bona* Jerusalem comprehendi. Præterea omnes in hac vita mimum nos agere dicit, quibus nempe peracta sit hinc actione, abeundum. Videri hic etiam possunt *bona Jerusalem* per fidem, & per quamdam similium bonorum experientiam, quæ ibi perfectè reperiuntur, videlicet, ut Bruno notat, si à vitiis quiescamus, & ad similitudinem civium cœlestium, Dei dilectione exardescamus. Citat Properi sententiam; Est & in hac vita multis requies data sanctis. *Videndi* vero Nyssenus *n*, admonet hic significari habere, ac possidere, quemadmodum è contrario exponit Eliaš o, *Tollatur impius, ne videat gloriam Domini*, hoc est, particeps non fiat. Ad eumdem modum in ea beatitudine p, *Beati mundi corde, quoniam ipsi Deum videbunt*, vult per hoc quidquid in bonis annumeratur intelligi, eorumque possessionem. Invitat postremo Justinus *q*, utiurpans hunc locum; omnes timentes Dominum, ac videre cupientes *bona Jerusalem*, ut accedant ad lucem Domini, & ad Jerusalem, quæ non amplius expugnatur propter peccata populorum, quæ est Ecclesia nimirum tũm militans, tũm triumphans.

m Exod.33 19

n de oft. beat. or.6
o cap.26. Jer.LXX.
p Matt.5.8

q in Tripht.

Omnibus diebus vitæ tuæ.) Vetus Psalterium & Augustinus, *omnes dies vitæ tuæ*. Ista bona sunt, inquit Augustinus sed non omnes dies vitæ tuæ tu vides. Probat: quia post mortem superest anima, & perseverat vita, & pie hic viventes patiuntur tanta, ut in æternum viventes consequi valeant illud bonum, *quod nec oculus vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis ascendit* r; & pax vocatur, non aurum, non argentum, non fundus, non vestis. Non arbitror in *dierum* nomine absque mentione noctium, vim esse, quam notavit Hugo, quoniam non erit in beatitudine nox, sed tantum dies, est plena cognitio. *Omnes dies vitæ* significant, ut idemmet Auctor non omisit integrum vitæ tempus. Appollinarius ἐκδιαστροφον, *indefessam vitam*, idest, *æternam*, vocat.

r 1.Cor.2.9
Esa.64.4

Et videas filios filiorum tuorum.) Talem antea recitavi benedictionem, seu imprecationem Gabeli, qua Tobiæ optavit, ut *videret filios usque in tertiam, & quartam generationem*. Rebeccam quoq; dimittendo imprecabantur ei parentes s. *Soror nostra es, crescas in mille millia, & possideat semen tuum portas inimicorum suorum*. Proverbiali eadem figura, παίδα παίδων, & eos, qui μετρονόμοι γίνονται, Homerus *u*, appellavit; & Virgilius *x natos, & natorum, & qui nascentur ab illis*, ut longam propagationem significarent; atque Platoy, adagii vice usurpatum meminit sensu eodem, παίδων παίδας. Propagatio ista familiæ non primis illis dumtaxat hominibus, concessa, verum etiam Patriarchis nonnullis, maximè Jacobo, tum præterea Jobo, de quo proditur, quod *vidit filios filiorum usq; ad quartam generationẽ* z. Q. vero Metellus Macedonicus quum sex liberis reliquit quoque unde cim nepotes, nurus, generosq; & omnes, qui se patris appellatione salutarent, viginti septem. In actis item tempore Augusti extat, quod consulatu ipsius XII, collegaq; L. Sylla, C. Crispinus Hilarus, cum liberis nove, (in quo numero filiæ erant duæ, Dnepotibus viginti septem, pronepotibus viginti novem, neptibus novem, prælata poma in Capitolio immolavit *a*. Jacobus Capellus *b*, Parisiensis aviam suam Jolantam Balivam perhibet, quum centũ prope vixisset annos, ad trecentos fere ex se orto, filios ac nepotes vidisse. Deniq; ut exemplis aliis parcam, Ludovicus Vives *c*, testatur, Patrum suorum memoriam vicum fuisse in Hispania penè centum domorum, cujus omnes incolæ erant à sene quodam, qui ad hoc vivebat, progeniti, ita ut propinquitatis nomen jam deesset, quo à minimis natu vocaretur; quia lingua Hispana supra abavum non ascendit. Repete dicta psl. 124. Arabica translatio connexionem exprimit, præposita conjunctione *&, pacem*. Non placet Hugonis interpretatio, *pacem super Israel* dici, quia sit major, quam *in Israel*, idest, quam possit aliquis contemplari, exuperetque omnem sensum *k*, vel super Christum, qui *est pax nostra* l, & superat omnes fidelesve l in superiore Israel, in quo est pax æternitatis. Non importat particula *super* superioritatem, ut ita dicam, nisi quam habet res quelibet, quæ recipitur in alio, maxime ad ornamentum ipsius, vel commodum.

s Tobi.9.41

t Gen. 24.60

u Iliad. 5.
x Æneid. 3.
y 5. de legib. Longa propagatio familiæ multis concessa.

z Job 42.16
a Plin. lib.7 cap.13
b in fragmentis.
c in Aug. 15 de civ. 18
d Basil hom. Hexaëm. in Solone fin.
e de profect. c.30. 31.4. cont. Marcion. 6.3
f epist.51.76
g lib.3. hæp. 165
Matt.5.4. psl.1 cent.13. cent. partem Donat. de util. credendi c.17 49.2 cont. Petil. c.55.57.17.40 Joan. Resistantur Origenistæ.

d 1. *Mater ait*, 2. *Nata die*, 3. *Nata filia*, 4. *Natam*
Ut moneat, 5. *Nate plangere*, 6. *Filiolam*.

Mysticè designatur perpetua successio Ecclesiæ in Prælatis, & subditis. Quod argumentum præsertim ex priorum successione urgent valde Tertullianus *e* Cyprian. *f*, Optatus *g*, Augustinus *h*, Auctor quæstionum veteris, & novi Testamenti *i*, Irenæus K, Origenes *l*. Aliud hinc

h Ecel.44.7 8.11.12.13

i verso.9. Tropologia

l 1.Periarch.

a epist. 2. paschali.

hinc infert Theophilus Alexandrinus *a*, & ex similibus A locis, in quibus optari legitur multiplicatio prolis, ac beneficii, benedictionisque haberi loco; non esse corpora, ut sensisse visus Origenes, animarum ergastula, in qua ob præcedens peccatum detrudentur. Potius, Inquit, precandum fuisset, ne propter vitia melioris substantiæ, natura vilior conderetur. Cur David talia imprecatur, si animarum peccato justi viri augetur genus? Quomodo audet dicere, *Ecce sic benedicetur homo, qui timet Dominum*, quum sciat animas delinquentes corporum vinculis alligari, & in hujusmodi carcere, judicio Dei, pœnas luere peccatorum? Qui Dei præcepta conservant, non debent accipere præmium, animarum de cœlo ruinas, quæ ligatæ corporibus, tobolis eorum incrementa multiplicent. Sic Theophilus. Longævitas præmium est honorantium parentes *b*, estque mandatum de hac re primum in promissione *c*. Nullus parentes carnales honoravit melius, quam Christus, qui *subditus erat ipsis d*: nullus Deum Patrem, cujus voluntati perfectè obtemperavit. *Vidit* propter hoc *semen longævum, animam suam posita* e, ut *obediret usque ad mortem f*: propter illud, quia in medio annorum decuit illum mori, voluit relictum pro se matri Joannem velut filium, qui recepit eam *εἰς τὰ ἴδια, in sua* g, *sive in propria*, & in filialem curam, obsequium, obedientiam, tamdiu vivere. Quamquam & alia caussa extitit Joanni communis cum primis hominibus, ut magis propagaret spiritualem familiam Christi, & posteritati traderet fidei, ac pietatis doctrinam. Eamdem reddere caussam possumus, cur nonnullos religiosorum institutorum auctores Deus retinuerit diu in vita, ut Antonium, Romualdum, alios, quo scilicet eadem firmius instituta constabilirent. *Omnes isti in generationibus gentis suæ gloriam adepti sunt, & in diebus suis habentur in laudibus. Qui de illis nati sunt, reliquerunt narrandi laudes eorum: cum semine eorum permanent bona: hæreditas sancta, nepotes eorum, & in testamentis stetit semen eorum, & filii eorum propter illos usque in æternum manent: semen eorum & gloria eorum non derelinquetur* h. E contrario *sunt, quorum non est memoria, perierunt, quasi non fuerint, & nati quasi non nati, & filii iserum cum ipsis* i. Vident præterea *filios filiorum* secundùm tropologiam, qui operum suorum bonorum, atq; meritorum fuorum fructus colligunt, & dum hic vivunt, & postea translati ad meliorem vitam. Felix hoc nomine, cui longior in mundo isto suppetit vita, sed pie semper transacta: vel si quando peccaverit gravius, relurgit, ac demum taltem justo fine vitam terminat: tunc enim præcedentia revivifcunt merita, ac tamquam filii mortui resuscitant, & operum merita sequuntur, comitanturque ad præmia æterna: ubi singulari etiam quodam gaudio afficiemur, si quos exemplo nostro, verbo, scripto, consilio, facto, aliove modo in Christo genuerimus, aut in pietate, ac fide confirmaverimus. *Filii tui*, ait Augustinus, opera sunt, quæ hic agis: *filii filiorum*, fructus sunt operum tuorum. Facis eleemosynas, *filii tui* sunt, propter eleemosynas accipis vitam æternam, *filii filiorum tuorum* sunt. Non sis sterilis, arbor, &c.

h Ecel.44.7 8.11.12.13

i verso.9. Tropologia

Pacem super Israel.) Hieronymus eodem modo, & alii, præter Psalterium vetus, & Romanum, Ambrosianum, Augustinum, Prosperum, Cassiodorum, qui legunt, *pax*, sicut est etiam Græcè in recto, *εἰρήνη*, & ita quoque reddit Apollinarius.

εἰρήνη χαρίσασθαι μετὰ κλυτὲς ὁρμήσαν.
Pax grata super inclytum Israelem.

Eadem omnino verba sunt in fine psal. 124. ubi etiam vertit Hieronym. in nominativo; sed hoc loco idem cum aliis retulit ad verbum *videndi & videas filios filiorum tuorum, pacem super Israel*, hoc est, ut pacem videas. Habent nonnulli codices Græci *εἰρήνη*. Repete dicta psl. 124. Arabica translatio connexionem exprimit, præposita conjunctione *&, pacem*. Non placet Hugonis interpretatio, *pacem super Israel* dici, quia sit major, quam *in Israel*, idest, quam possit aliquis contemplari, exuperetque omnem sensum *k*, vel super Christum, qui *est pax nostra* l, & superat omnes fidelesve l in superiore Israel, in quo est pax æternitatis. Non importat particula *super* superioritatem, ut ita dicam, nisi quam habet res quelibet, quæ recipitur in alio, maxime ad ornamentum ipsius, vel commodum.

Hugonis interpretatio minus probabilis.

k Philip.4.7
l Ephes.2.14

PSALMUS

CENTESIMUS VIGESIMUS OCTAVUS.

Canticum graduum.

1. Sæpe expugnaverunt me à juventute mea, dicat nunc Israeli.

2. Sæpe expugnaverunt me à juventute mea: etenim non potuerunt mihi.

3. Supra dorsum meum fabricaverunt peccatores: prolungaverunt iniquitatem suam.

4. Dominus justus concidit cervices peccatorum.

5. confundantur, & convertantur retrorsum omnes, qui oderunt Sion.

6. Fiant sicut fœnum tectorum: quod priusquam evellatur, exaruit:

7. De quo non implevit manum suam, qui metit; & sinum suum, qui manipulos colligit.

8. Et non dixerunt, qui præteribant: Benedictio Domini super vos, benediximus vobis in nomine Domini.

Titulus, & Argumentum.

Canticum graduum.

Argumentum.

DEcimi ex gradualibus psalmis, titulus idem, qui ceterorum est. Inducit aut populi orationem, qua memor priorum aliquot calamitatum, atque ultimæ captivitatis Babylonicæ, in quibus opem divinam sit expertus, consoletur seipsum in præsentibus malis, propter ipsem similis auxilii. Videntur convenire, quæ hic dicuntur, illi tempori, quo intentos Judæos in reædificationem templi, & civitatis, vicinę gentes impediebant, ac oppugnabant *m*. Vel in genere, gratiarum actionis formula hic præscribitur pro liberatione à multis periculis, & malis jam inde ab egressu de Ægypto, ac ætatem usque veluti virilem, & constantem populi sub Davide, qui regnum firmius constituit. Sic quidem Cajetanus, nec improbabiliter. Mysticè psalmus congruit Ecclesiæ, & cuivis justo, ex variis tribulationibus tæpius liberato; ex iis vero, quas etiamnum patiatur, liberationem speranti, ante adversariorum excidium oranti & prædicenti. Juvat porro nunc res prosperas commemorare, quos cultoribus suis Deus, hoc ipso etiam tempore, quandoque communicat, quod priore factum est psalmo: nunc res adversas, quibus eosdem exercet, quod hic exequitur. Sic namque animus partim erigitur ac incitatur ad virtutem, ne malis dejiciatur ac desperet; partim reprimitur, & ad humilitatem eruditur, ne insolescat, sed intelligat, ubi rerum talis vicissitudo est, solidam, perfectam, veram beatitudinem consistere non posse: verum in iis duntaxat bonis, quibus mala nulla per se valent obsistere. Athanasius *n* nominat hunc psalmum Eucharisticum. Magna virtus in tribulatione non solum patientiam conservare, quæ *perfectum opus habet o*, sed gratias quoque agere. Ut proinde merito decimum inter graduales locum isti psalmo assignatum notet Rickelius, posteq; præcedentem psalmum, qui agebat de Dei timore, quoniam decet illum, in quo est hic timor, patienter cuncta tolerare propter justitiam, ne Deus per impatientiam offendatur; reportet autem præmialem denarium *p*, ut innuit Cassiod. Sed & is, qui timore casto Deum timet, nihil non libenter pro ipso fert. Præterea, qui præ oculis habet æternas pœnas, quas meruit, & à quibus Dei beneficio liberatus est, quasi libet alias prsentis temporis leves æstimat. Non dissimile argumentum fuit psal. 123. Psalmus iste, quem cantavimus, inquit Augustinus, brevis est, sed sicut scriptum est de Zachæo *q*, statura brevis, sed magnus in

n ad Marcellinum.

o Jacob 2.4

p Mat.20.2

q Luc.19.3

opere; sicut scriptum est de illa vidua, quæ duo minuta misit in gazophylacium a, brevis pecunia, sed magna charitas. Sic & iste psalmus, si verba numeres, brevis est; si sententias, magnus est.

a cap.21.3

Vers. 1.) Sæpe expugnaverunt me à juventute mea, dicat nunc Israel.

Vers. 2.) Sæpe expugnaverunt me à juventute mea; etenim non potuerunt mihi.

Sensus loci.

JUbet Propheta, & vehementius urget populum, semel ac iterum, grato, lætoq; animo agnoscere eximium Dei erga se beneficium, quod veluti à puero, hoc est, à primis annis, quibus cœpit coalescere, multoties impetitus sit plurimis hostium persecutionibus & vexationibus, quas illi reperebant; quia nullam satis procedere animadvertebant, sed eo magis illum multiplicari, prosperari, superiorem evadere. Simul tacitè horratur, ut ipse seipsum solatur, si qua alia tribulatio exoriatur, quoniam nec infolens id sit, nec dubitandum, quin *graviora passos* juvet Deus, *dans his quoque finem* b, præsentibus malis. Prima populi adhuc quasi adolescentis acerbissima captivitas in Ægypto fuit. Oleas o quidem appellat *dies juventutis* populi eosdem, quos dies ascensionis ejusdem de terra Ægypti & pollicetur, quod revocatus de Babylonis captivitate canet juxta dies illos, videlicet illud Moysis celebre canticum d, *Cantemus Domino &c.* Favet nonnihil צרר *sarar*, quod hic habetur, unde nomen Ægyptiorum derivatum creditur, מצרים *mitsraim*, quasi dicas, *tribulantes*; *angustiantes*, *vexantes*. Probabilior hæc opinio Theodoreti, quam Euthimii & Nicephori, qui juventutem populi ordiuntur à reditu ex captivitate Babylonica. Nec adeo verisimile quod arbitratur Bachiarius e, Davidem hoc de seipso loqui, quem diabolus non destiterit persequi post superatum gigantem f, inducendo in adulterium g, & ad populum numerandum h. David toti Israeli hanc veluti dictat orationem pronunciandam. Quamvis vere de ipsomet Davide intelligantur, quæ alibi canit i, *defecit in dolore vita mea*, *& anni mei in gemitibus*, *&c.* item k *pauper sum ego*, *& in laboribus à juventute mea*. Verus hæc novo populo congruunt, ait Theodoretus hoc loco, qui multos quidem hostium impetus sustinuit, omnes vero superavit, hostesque supplices reddidit. Vix nata Ecclesia persecutione passa est Cain in Abele, deinceps sæpissimè pertulit similia. Sed *vallis Achor aperit spem* l, vel *vinea*, *intelligentiam*. Chaldæice נפש תחכמוני *thachmude nephesch delicias animæ*, *& est in cubile armentorum* m, idest, robustorum, qui nimirum in valle turbationis (quam significat *Achor* n) atque tribulationis, ipsem concipiunt: Deum, ac seipsos melius cognoscunt: præterea gaudent & quodammodo deliciantur; postremo cubant, & conquiescunt in ea. Non otiosa ætas religiosi viri est, inquit Hilarius, neq; quietam exigit vitam, *&c. legitimè certandum est* o, idest, omnia passionum bella peragenda sunt. Non sufficit semel, neque unius certaminis bello militasse. Pauli exemplum producit, recentientis frequentes labores p, ac si demum reddendam bono certamini suo *coronam justitiæ* pronunciantis q. Ad hæc docet Auctores impugnationis fieri, ut intelligamus homines impugnando, non tam Auctores illius esse, quam executores instigantis eos diaboli, nec irascendum hominibus alienæ instigationis operariis, sed potius in his detestandi officii intercessionem fœdam miserandam esse, quod sint vala diaboli, tartaræ ministerium, latrocinantium tela, & alienæ malitiæ ac nequitiæ paritores. Tandem admonet nos Hilarius, manere, ut sæpe impugnemur, & sæpe impugnati habeamus hanc gloriam, ne aliquando cedamus, & hinc sit impugnationis nostræ assiduitas, quia non sit impugnantium præpotentes fortitudo. Militi tyronis bellum novum ac terribile; hominis, cujus *vita malitia est* r, *ad laborem natus est* s, familiaris, ac pene naturalis pugna debet esse. Magno affectu respondendum nobis pro nobis, proq; aliis, quod sæpe expugnati sumus: expugnati alii, expugnandi & nos, & qui sequuntur *in mundo pressuram habituros* t: mirandum ad ista non esse *non peregrinandum in fervore*, *qui ad tentationem sit quasi novi aliquid contingit* u, panem hunc quotidianum esse *lacrymarum* x, *doloris*, *suspiriorum*, *&c. ærumnæ*, *tribulationis*, *cum aqua angustiæ* b. *Dicit nunc Israel*, dicit nunc Ecclesia, dicit nunc quilibet justus & in hoc sæculo, quando tempus est patientiæ & pœnitentiæ: post resurrectionem generalem solas Domini laudes cantabit semper Ecclesia, inquit Cassiodorus. Concilium Aquilegiense c sub Pipino agnoscit Ecclesiæ gratulabundæ cantum in his verbis, quod persteterit, quamvis diversis temporibus, diversisque modis à multis sæpe sit expugnata. Nigra nunc est denigrata tribulationis ardore, sponsa, nec tamen amittit formam d internam; & *configurabitur aliquando corpori claritatis* sponsi suæ. Eamdem persecutionis in Ecclesia inductionem facit Terullianus f, Cyprianus g, quod hoc loco Augustinus, & alii Abel usq; ad Christum. A primordio, inquit Tertullianus, justitia vim patitur; stat im, ut cœli Deus coepit, invidiam religio sortita est. Qui Deo placuerat, occiditur, &c. Ab initio mundi, ait Cyprianus, sic institutum, ut laboret ifthic in sæculari conflictatione justitia, quando in origine statim in prima Abel justus occidit, & exinde justi quiq; & Prophetæ & Apostoli missi: quibus omnibus Dominus quoq; in seipso constituit exemplum, &c. De ipso Domino Rickelius allegoricè interpretatur præsentem locum, qui vocetur *Israel*, juxta trivialem etymologiam, idest, *vir videns Deum*, quia illum vidit ab instanti conceptionis, & se sæpe expugnatum dicat à juventut. immo à puericia per Herodem h, & deinceps per elios, tametsi non prævaluerint. Idem ps. 30. & 87. k offendi. Verum quod attinet ad Ecclesiam, si quis de Christiana, & ut post Spiritum Sanctum formam suam accepit, velit intelligere, constat quemadmodum à sua juventute, quam Hieronymus l infantiam nominat, scribens in Actibus Apostolorum illam texi, sit passa persecutionem. *Porta inferi non prævalent adversus* adeo benè fundatam Ecclesiam m, non flumina, non imbres, non venti contra hanc domum n: *nemo de manu Christi rapere oves illius poterit* o. Loquendo tropologicè, scribit Hilarius, quod religiosus vir impugnatur ab ipsis juventutis suæ annis, & impugnatur sæpe; non novella, neque rara impugnantium odia sunt, sed ea sæpe etiam ab ipsis initiis ætatis infunt. Exemplo possunt esse cum Abele, Isaac, Jacob, Joseph. Hoc sensu diabolus *homicida* dici potest *ab initio* p, & *mane primo consurgens* q. Novit ille quanti referat *sic vel sic imbuiri*, & *a teneris consuescere* l, & quod *adolescens juxta viam suam*, *etiam quum senuerit non recedet ab ea* r. Lege Hieronymum u, Nazianzenum x, Synesium y, Calsiodorum z, Aristotelem a. Fertur Francorum Rex Carolus IX. de re Catholica optimè meritus, quum aliusalium pia contentione psalmum sibi decerperet, hunc delegisse; quod meminisset Hereticorum tam suomet Regi perduellium, quam infidelium Deo, non semel insidiis usque ad mortem se à prima ætate appetitum.

Sæpe expugnaverunt me.) Utitur eodem verbo etiam Hieron. Hilarius legit, *impugnaverunt*; Alii; *oppugnaverunt*, *infestaverunt*, *coarctarunt*, *angustiaverunt*, *adversati sunt*. Proprie *expugnare* dicitur, qui vincit, & tamen hic negatur potuisse ac prævaluisse, qui expugnaverunt. Cofundit ergo cum *oppugnandi*, sive *impugnandi* verbo, & similibus. In eodem sensu extat *expugnandi* verbum ps. 108. * *Expugnaverunt me gratis*, ubi est idem verbum Græcum, ἐπολέμησαν quod hoc loco, licet diversum Hebræum לחמוני *illachamuni*, non autem צררוני *tseraruni*. Unde antea dixi videri derivatum nomen Ægyptiorum מצרים *mitsraim*. Qui propriè expugnat, non gratis & frustra, sive falso, & mendaciter id facit; sed re ipsa, vereque. In psalmo 34. *b Expugna impugnantes me*, sumi propriè potest prius verbum, quamvis respondeat Hebr. לחם *lecham*, Græco πολεμησον, sicut & sequens participium eorumdem verborum participiis. Eodem sensu dicitur Paulus *expugnasse*, quum adhuc esset Saulus, *fideles* c. Possent autem omnia intelligi, aut quod quasi revera expugnaverint, aut quod quantum est in se, id conati sint. Illis locis de Paulo est aliud Græcum verbum προφθάνω, quod significat *vastare*; estque consulendus loci prioris commentarius noster. Observat Genebrard. ex Cabbalico scripturas interpretandi genere, quod *notariacon* appellant, in prima voce versus istius רבו *rabbath*, quæ significat *multum*, idest, vel multis vicibus, vel multo tempore, vel graviter, & Rabbin Kimhi, accipit pro *multis tribulationibus*, per primam litteram significari Romanos persecutores Ecclesiæ, per secundam Babylonios, tùm Chaldæos, tùm Ægypti, per ultimam Turcas. Idem observatum psalmo 3. *d* circa vocabulum

b Silver. Pa. pa epist. ad Amato. c lib. 3. c. 24

a *Vers.* 5. 3
b *ib. vers.* 2
c *Vers.* 3. 2
d *Ps.* 33. 30
e *Ad.* 22. 22

d Cantic. 5
e *Ibil.* 3. 29
fin Serap. cap. 8
f epist. 21.
g epist. 21.

f Judit. 8. 22 25

Allegoria.

h Mat. 2. 13 & segq.
i *vers.* 11
k *vers.* 16.

b *Ps.* 102. 4
i *Ps.* 142. 11
k *Thr.* 3. 27

l epist. ad Paulinum.

l cap. 2. 2

m. 16. 18

m *Mat.* 16. 18
n cap. 7. 25
o *Joan.* 11. 26

Tropologia

p cap. 8. 45
q *Jeb* 20. 16
r *Ecc. lib.* 4. ep. 2
s *Virg. Geor.* 2 t *prem.* 2. 6
u ep. ad Lætam de instit. filiæ
ep. ad Paulum Senem.
Licent. Rufi. x orat. 6
y epist. 44
z lib. 2. var. epist. 24
a 2. Ethic. 1

o *vers.* 1
p *vers.* 2

Sæpe expugnaverunt me à juventute mea.) Repetitio hortantis cum emphasi & exaggeratione. Hilarius arbitratur priorem, huic similem orationem esse Prophetæ ex suamet persona prælequentis, & quodam confessionis exemplo docentis: in hac Israelem tamquam doctum, exemploque propheticæ confessionis imburum, jam loqui. Nec hoc dilplicet. Valet item anadiplosis, ut intelligatur populum continuis ad patientiam exercitiis probatum fuisse. Merito sane admiranda, detestanda mollities, ignaviaque nostra, quod in ipsa Ecclesiæ senecta, sed florente ac viridi, & adeo multorum doctrinis, exemplisque confirmata, tam tamen nobis res insolita nova, dura tribulationis perpessio videatur. Negligentia nostra, ut scribit Cassianus *q* dæmones, (qui commovent etiam homines ad perfequendum) ab impugnatione pristina reddit lentiores, dum dedignantur adversum nos illa intensione consurgere, qua olim contra probatis icilicet Christi milites sævichant.

b *vers.* 1.

q *coll.* 7. c. 23

c *Act.* 9. 23
Galat. 1. 23

Etenim non potuerunt mihi.) Hilarius, *etenim non potuerunt mihi*. Hieronymus, *sed non potuerunt mihi*. Cdald. *verum non potuerunt inferre malum mihi*, quod scilicet me omnino vincerent, quod me plane perderent, quod penitus me deleret. Abha Joannes Chrysostomum ἀλλ' οὐ τὸ ὑπερβάλλον μοι, *sed non prævaluerunt mihi*, quod LXX. transtulerunt ὅτι γὰρ οὐ δυνάμαι μοι, ubi particulæ ὅτι γὰρ, quibus respondet *etenim*, si ætiologicè sumantur, causam reddent cur toties repetenda fuerit expugnatio, si ve impugnatio, quia semel ac iæpius non suffecerat. Iterari necesse est, ait Hilarius, quod & diu geritur, & numquam obtinetur. Augustinus quoque docet ideo expugnasse toties, quia non potuerunt fabricare, quia confusum (juxta tropologiam) non impecrarunt. Potest præterea, *etenim*, assertivè citra causæ reddidionem sumi, aut negativè, *certè non potuerunt mihi*, *nec tamen potuerunt mihi*. Relege notata de ea lem particula in aliis psalmis r. Promittit Deus Jeremiæ, quod *adversarii ejus bellabunt*, *sed non prævalebunt*, *quia cum eo esset*, *ut liberaret eum* t. Christus pollicitus est Petro, quod *portæ inferi non prævalerent adversus Ecclesiam in ipso Petro fundatam* u: David *non timebat mala*, *quoniam cum ipso Deus erat* x, quia *misericordia circumdabit eum* x, quia *habitans in adjutorio Altissimi*, *& commorans in protectione Dei cœli* y, quia *immisit angelus Domini*, seu *castrametatus est in circuitu ipsius* z. Neque Job metuebat, non solum quia *vallaverat eum Dominus*, *ac domum ejus*, *& universam substantiam per circuitum* a: sed quia, dum modo *poneretur juxta Dominum*, *nullus pugnantis verebatur manum* b.

r Jer. 15. 6. *ps.* 24. 3. *ps.* 36. 25. *Ps.* 64. 14 *Ps.* 67. 9. 17. 19. *Ps.* 118. 23
s Jer. 1. 19 15. 20
t Matt. 16. 18
u *Ps.* 31. 4
x *Ps.* 31. 10
y *Ps.* 90. 2
z *Ps.* 33. 8
a Job. 1. 9
b cap. 17. 3

Quæstio, an victus tentator diabolus non amplius eumdem tentet, aut non de eodem vitio.

Ceterum quæri potest, an victus tentator diabolus non amplius eumdem tentet; vel non de eodem vitio. De pluribus vitiis eumdem ab eodem tentari demonstrat exemplum ipsiusmet Christi, quem diabolus unus triplici tentatione aggressus est, nec nisi consummata omni tentatione, atque veluti pulsus à Christo illius verbis, *Vade Satana*, recessit, & quidem ad tempus c. Paulus quoque *ab angelo Satanæ colaphizatus se* sæpius testatur d. Quum etiam probabile sit, cuique peculiarem dæmonem adversarium esse sicut & custodem Angelum, tam ille ad plura mala, plurietque sollicitare vi setur, quam iste ad bona. Tametsi concedi possit, nonnullos dæmones de peculiaribus quibusdam vitiis magis tentare; quam alios, quod sentit Origenes e, Hieron. f, Cassianus g, Magister sententiarum h, Albertus i, alii. Certè verum est, quod scripsit Gregorius K, hostem nostrum adhuc in hac vita positos quanto magis sibi rebellare conspicit, tanto magis expugnare contendere: & quod Chrysologus l, esse quidem per se nequam, fieri tamen nequiorem provocatum. Quæstio similis est, utrum omnis omnino peccati, quod quilibet homo committit, suasor immediatè sit diabolus. Hanc & priorem generis ejusdem tractavi alibi ex instituto. Negandum autem breviter videtur, quoniam fomes concupiscentiæ cuiq; intus, & externa alia, vel à naturalibus causis, vel ab hominibus illatæ incommoda, & occasiones oblatæ, interni morbi, & molestiæ satis, superque nos ad peccandum inducunt; perinde ac si nulli prorsus dæmones essent. Sed & adeo arcanæ intra nostrum animum cogitationes esse possunt, quibus agitamus peccandi consilium, ut lateant dæmones ipsos. Hos tamen diligentissimè observare, atque captare omnem opportunitatem præcipitandi nos in peccatum, dubitari non potest: atque propterea quosdam Patres ac Theologos interdum sic de illis loqui, ac si nullum sine illis fieret umquam à nobis peccatum. Ex Angelorum custodia simile ab opposito petì argumentum potest. Procurant illi summo studio spirituale bonum nostrum: nec idcircò nullum prorsus absque eorumdem opera, & suasione à nobis patrari fatendum necessario. Quamquam proniores ad malum sumus, quam ad bonum: & minor nocendi requiritur diligentia in dæmone: ut peccemus, quam in Angelo, ut bene agamus.

c Aff. 9. 23
Galat. 1. 23

d 2. *Cor.* 12. 7

e *Num.* 15. *in Jesua*.
f *in Matt.* 6
g *collat.* 7. c. 17
h *d.* 6
i *in Luc.* c. 8. k 28. *moral.* l *serm.* 12

Quæstio, utrum omnis peccati, quod ab homine committitur, suasor immediatè sit diabolus.

Vers. 3.) Supra dorsum meum fabricaverunt peccatores, prolongaverunt iniquitatem suam.

Sensus loci.

FIgurato sermone declarat crebras illas expugnationes, sive impugnationes, quas passim se dicit à juventute. Ulos asserit hostes supra deorum populus, quem loquentem David facit, arte, fabrili, ac eam exercuisse, ærariam nempe, vel ferrariam, vel quæ aurum, argentúve tractat, & metalla ista ad includem feriendo ducit, ut opus conficiat. Qua similitudine figuricantur labores, quibus aut in Ægypto aut in Babylone, aut etiam alibi, sæpe populus vexatus est, oneraitem, & flagella, quæ perdiu pertinaciissimè, iniquissimè imposuerunt & infixerût iidem sævissimi adversarii. Duritiæ eorum, qui præerant operibus, quæ in Ægypto Hebræi facere compellebantur, & afflictionem; operaque, quibus opprimebantur, & onera, quibus gravabantur, & flagella, quibus cædebantur; qui præerant operibus, narrantur in Exodi capitibus aliquot *m*. Comparatio præterea ex *fabrica super deor-*

m. 1. & 2. & 3. & 4. & 5

de orsum, dolos innuit, fraudes, astutias, ut Hilarius, & Græci docent, quibus sapienter opprimebant Ægyptii Hebr. Græcè κατασοφιζόμενοι *sophismatis utebantur*, quasi tetro, clam, tecte, latenter, non aperte, palam, in luce & conspectu. Quod & onerare calumniis, detractionibus, fictis criminationibus. Denique significat *fabricatio supra dorsum*, quod est corporis membrum validissimum, virium confractionem, & quasi impositionem, ut alibi a canitur, *super capita:* prolongatio autem iniquitatis assiduum nocendi studium. Mysticè declarat Augustinus de peccatoribus, quos portare veluti dorso compellimur, ut moniti corrigantur, si voluerint: aut si noluerint, inde tandem excutiantur ac in ignem mittantur, & eorum iniquitas, seu injustitia longe sit à nobis, ne illis consentiamus. Imitatus est hoc Gregorius b, scribens, quod Ecclesia, dum hæreticos, [vel quoslibet reprobos, quos corrigere non valet, tolerat, facta, peccantium supra dorsum portat: quasi dicat, quos corrigere nequeo, quasi super impositum onus porto. Nec inde abest Bernardus c, appellans onus Ecclesiæ illos, qui suo pondere & persecutione sanctam premunt Ecclesiam; sed pœnarum pondere postea postmodum premendi. Prophetâ sub hoc pondere gemere hoc loco; qui quotidianis contumeliis onerant, addunt peccata peccatis, contemtum jungunt contemtui, contumelioso, elati, detractores Deo odibiles, senioribus non obedientes, lociis, non contemperantes. Drogo d Cardinalis videtur ad Christum flagellatum referre: qui & apud Esaiam e ait de ipso, *Corpus meum* (Græcè τὸν νῶτον, *dorsum*) *dedi percutientibus*, quasi illud incudem facerent, ut loquitur Drogo. Rickelius allegoriam eamdem tradit in commentario, de flagellatione Christi; Gretserus f quoq; nostter, & Villalpandus g, necnon de Cruce bajulatione & suspensione in ipsa, quibus dorsum ejus laceratum est; præterea de magnis clamoribus, quibus non cessabant Judæi flagitare, ut de medio tolleretur, atque crucifigeretur. Galatinus h quoque hinc, & ex Esaia citato loco, flagellorum Christi prædictionem confirmat. Ibi est nomen cum affixo, נִי *ghevi*, hic גבי *gabbi*, quo Paraphrastes utroq; utitur loco, & significat etiam *dorsum*: & apud Esaiam Græcè νῶτα dicitur. Qui explicant peccatores, veluti confessa Christi dorso, inde fabricare sibi in cœlo domum, abutuntur *fabricandi* verbo, quod hic propriè ad artem fabrilem dumtaxat pertinet, non artè ædificandi: nec satis apte construi dicitur ædificium super alicujus dorsum. Portat quidem Christus, tamquam Atlas, mundum universum; & sicut pastor ovem perditam, totius humani generis. Verum nihil hæc ad ædificii rationem. Remigium scio ita explicare, quasi dicatur: Sedem sibi fecerunt dorsum meum, flagellado, in qua fabricatione prolongaverunt, idest, adauxerunt iniquitatē suam, & ex opposito justitiam meam: hoc autem ad consolationem spectare auditorum, ne illis molesta sit tribulatio, cum justitia inde crescat. Sed hæc ipsa prolongatio potius insinuat metaphoram ex metallis, quæ percutiendo prolongantur, diducuntur, extenduntur. Idem affirmo de Placidi Parmensis expositione, ut gravitas afflictionis denotetur, quæ sic premat, ut solet premi fundamentum à reliquo ædificio. Hugo juxta alium sensum mysticum, sumit dorsum Ecclesiæ pro sapientia patiente, & patientia sapiente, supra quo fabricant peccatores verbis ac verberibus oppugnando, tamquam fabri quatuor, de quibus Zacharias k, fabricantes pacem calicis de auro, argentove sophistico, idest, de doctrina falsa, & Babylonica *qua inebriat terram* l, quod est *fabricare mendacium*, & *colore perversa dogmata m & mendaciter construere* ne partim gladios & sagittas ad impugnandum, factis, non tantum verbis, quod est *fabricare mala* o, & *iniqua* p. Sed fabros istos sufflantes in igne prunas & proferentes vas in opus suum, creavit Deus, ut cedant in gloriam machinationes eorum illis in quos eas fabricant. Mutuatus eadem videtur Grevæus q. Addit præterea, fabros diaboli, qui sunt tyranni, hæretici que, pro igne ac fornace habere tribugestionum perversarum; pro malleo timorem humanum sive mundanum, pro forcipibus promissionem divitiarum & dignitatum, atque carnalium parentum preces ac blanditias; pro incude patientiam justorum. Aliis fabris, quos vocat hæreticos & hypocritas, assignat fornacem ignis concupiscentiæ; folles instigationum malarum malleum timoris, panperratis in cupidis, in gulosis inediæ & sitis, in superbis ignominiæ, & contemtus in luxuriosis denegatę delectationis. Haimo spectavit *dorso*, quo-

Anam posterior corporis pars est, eos, qui non habent hemen per se in Ecclesia, sed sequuntur alios, longa vero persecutione vexantur. Atqui persecutio potissimum excitat ur in Ecclesiæ partes nobiliores, hoc est, qui ceteros illuminant, duceique sunt illorum. Ludolphi alia satis subtilis tropologia, quæ forsitan parum abest ab intelligentia litterali, ut crebræ illæ expugnationes prius moratæ dicantur exceptæ dorso, nec nocuisse: quoniam cum crebris tribulationibus affligerent adversarii, mentis faciem convertebat ad Dominum & dorsum ad sæculum: mala eorum recipiebat retro; quasi parvipendens, & æquanimiter tolerans, *Obliviscebatur, quæ retro erant, extendens seipsum ad anteriora* r, quæ nos in cœlo manent. Inimici non fabricant supra pectus, sed supra dorsum justi: quoniam rejicit hic injurias post tergum s, sicut Deus *peccata nostra* t, obliviscitur, ac ne oculos quidem quodammodo habet, ut eas cernat.

Supra dorsum meum fabricaverunt peccatores.) Hieron. *super cervicem meam araverunt arantes*. Vel, ut recitant Victorius, Faber, Trevetus, *arabant*. Chaldaicè *super corpus meum araverunt artes*. Aquila & Theodotio, ὑπερέλασαν, *araverunt*. Arabicè, *flagellaverunt*. Hebraicè sic est, עַל גַּבִּי חָרְשׁוּ חֹרְשִׁים *hal gabbi chareseu choreseim*. Significat גַּב *gab* quidquid eminet, ut supercilia oculis, dorsum animali, unde Latinis *gibbus*: & præterea Syracè in Evangelio u, גַּבְּרָא *gabbatha*, *suggestum stratum lapidibus*. *Cervus* quoque, vel *collum* propter eminentiam significari potest. Sed tunc *arare super collum & cervicem* esset aut eam percutere, aut eam onerare jugo impositō, ut tolet bobus imponi ad arandum. Simile nomen חָרְשׁ *cheu* redditur ab Interprete per *dorsum* x, *tergum* y, *corpus* z, nu mquam per *cervicem*: sed prius illud גַּב *gab* aliquando a vel per *collum* b, vel per *supercilia* c. Affine dictis duobus est גֵּוּף *geuph* pro *corpore*. Unde forsitan Italicum *gesso*, quasi qui valde corpulentus est, sit talis. Alterum verbum est חרשׁ *charesciu*, cum suo participio חֹרְשִׁים *choreseim*. Etsi vero verbum, ut significat *fabricare*, non extet in Scriptura, tamen participium reperitur, aut etiam nomen pro *fabrod*, & *artifice* e, sicut & חֹרֶשׁ *chares* f: ac fere semper sumuntur hæ voces juxta hunc usum pro artificis opere, quæ consistit incidendo, & iculpendo quæcumque sit materia, sive metalli, sive ligni, sive lapidis. Verum *ædificatio* propriè non videtur significari, ut importat coagmentationem cementi, lapidis, alteriusve materiæ, unde conjungas ædificium. Quapropter qui ex ædificio venantur hoc loco sensum, non videntur satis capere, quum etiam, ut ante dixi, non sit valde apta similitudo, dicere super dorsum, corpus, cervicem, collum hominis, domum aut ædificium fabricari. Verbum etiam Latinum *fabricare*, & Græcum κταίνειν, non de ædificiis tantum dicuntur, sed de fabrilibus quoque aliis operibus. Denique prolongatio iniquitatis, ut prius quoque monui, innuit productum ac dilatatum percussu mallei fabrilis, metallum. Juvant hanc sententiam, *virga in dorso ejus, qui indiget corde*, ut scribit Sapiens g, & *in dorso imprudentium* h, *& mallei percutientes stultorum corporibus* i. Hoc pacto dorsum habet rationem incudis, ut Drogonem Cardinalem retuli annotasse, & Bruno præterea exprimit, nominans flagellationem adeo vehementem jugemque, ut solent fabricatores vehementer, & assidue incudem malleis contundere. Non efficit differentem sensum translatio, quæ arationem exprimit. Nam vel significat Propheta gravissimum tribulationis jugum tuum, quodque tamquam bove abusi sunt illo adversarii ad arandum, prolongando sulcum, (ut reddit Hieron. membrum sequens,) hoc est, compellendo ferre jugum diutius atque si longissimum veluti sulcum ducere. Vel aratio ista figurate dicitur de multitudine, acerbitate, profunditate oneris, & flagellorum, perinde ac si humeri, dorsum; tergum, corpus exaratum esset, atque in eo ducti ac incisi in longum sulci. Non visa mihi expositio Agellii, ut *dorsi* nomine intelligatur metaphoricè arx Sion eminens, qua eversa & æquata, sicut ager aratа fuerit, juxta Michææ k vaticinium. Hoc vaticinium de excidio ultimo passim cupitur, propter quod non *concidit* Dominus, ut hic subditur *cervices peccatorum*, qui excidium id fecerunt. Nec profecto canere licèt Judæis nunc, *Etenim non potuerunt mihi*, aut canere id umquam eis licebit. Tandem nomen *dorsi* in ea significationem numquam Scripturæ usurpant, licèt aliis Auctoribus non sit inusitatum. Genebrardus post Theodoretum, refert ad ungulas & fidiculas Martyrum, quibus

bus illi solcabantur & findebantur. Sed multo melius poA nobius & Cassiodorus. Prolongatio ista denotat, ut rectè
teat intelligi de vulneribus Christi, qua flagelli, spinæ, loquitur Arnobius moras, quas peccatores persequenclavi, lanceæ impresserunt ei, ipsumque Crucis bajulatæ res fecerint in afflictionibus, quibus tribulaverunt. Quod
